

Werk

Titel: Dissertatio Inauguralis, De Sacri Romano-Germanici Imperii Matricula

Autor: Mauritius, Ericus; Wernberger, Johannes

Verlag: Reumannus

Ort: Kiloni[i]

Jahr: 1667

Kollektion: VD17-Mainstream

Gattung: Dissertation:jur.

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN752286307

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN752286307>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=752286307>

LOG Id: LOG_0004

LOG Titel: Thesis I. - XXX.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de



THESIS I.



Matriculæ nomen à matrice est; quæ vox, quàm varia denotaverit olim, post Lexicographos monuit jam Reinkingius de *Regimin. Secul. & Eccles. lib. 1. class. 4. cap. 1. n. 6.* Et reliquæ quidem instituto nostro idoneæ non sunt, si excipiamus illam, quâ Matrices libelli dicuntur, in quibus Cæsareo fisco pensantes descripti continebantur. Budæus *ad l. 1. de edendo*, & ex eo Gailius *lib. 1. pract. observat. observ. 21. n. 3.* Inde matricula, quam pro Catalogo, descriptione, Indice usurpari etiam in jure nostro non infrequens, vid. saltem *l. 3. C. de agent. in reb. l. pen. in fin. & ult. C. de comœatu.* Hinc libri, in quos militum nomina describebantur, Matriculæ militares, *d. l. pen. C. de comœat. l. 16. C. de testam. milit.* perinde ut illas, in quibus Advocatorum nomina annotabantur, matriculas appellari, mos erat, *l. 13. C. de advocat. divers. Judic. & cohortalium matriculæ eò sensu mentio est in l. 10. C. de cohortal.* In glosis Basilicorum editis à Fabrotto, est *Ματρίκιον ἢ ἀναγεαφὴ τῶν στρατιωτῶν*: Matricula, descriptio seu Index militum. Vide Vosium de *vitiis sermonis & glossematibus Barbaris lib. 3. cap. 24. p. 517.*

II.

Quæ nostris matricula est, ea vel certè similis designatio, Augusti Imperatoris ævo Breviarium Imperii dicta videtur. In eam rem Suetonius *lib. 2. de duod. Cæsar.* tria ipsum volumina reliquisse prodit, ac tertio complexum breviarium totius Imperii, quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecuniæ in ærario & fisco, & veterigaliorum residuis: in quem locum legi meretur Cl. Boeclerus *commentat. in Taciti primordia annal. l. 11. p. 392. & seqq.* ubi additis Taciti & Dionis locis, quale id fuerit, uberius explicat. Est &, ubi alium appelleretur, *l. 1. ff. de alb. scrib.* uti est in vulgatis & Norica, quod in Flo-

in Florentina legitur de albo scribendo. Ubi notat Gothofredus; Album est matricula, vel ut quidam loquuntur, patricula, (in editione nupera Belgica Simonis von Leuwen malè legitur particula) Decurionum, *add. l. 1. & 2. d. t.* Sunt & qui *pyttacia*, quorum mentio est in *l. 5. C. de erog. milit. annon.* idem cum matricula significare velint, vid. *Limnæum l. 1. jur. publ. c. 7. n. 66.* Daniel Otto *dissert. de jur. publ. c. 17. p. 540.* pitacticum, sed haud dubiè corruptè vocat. Cæterum cum Pittacium, ut apparet *ex ead. l. 5. & pen. C. de erog. milit. annon.* non quodvis album, vel quemcunque Indicem, sed rationes & commentarios annonarum militarium, quos è fusilipice, unde & pittacia dicuntur, ad exarandum consilii moris erat, significet, quod non difficilè ex Lampridii Alexandro, & Cassiodori variorum *lib. 1.* conficitur, & notavit in notis *ad l. 5.* Gothofredus; non video, quomodo vel cum matricula in genere, vel cum illa Imperii, pittacia veterum, idem esse possint. Nonnulli matriculam significare volunt Brevium nomine, quod legitur *l. 9. C. de erog. milit. annon.* Quod si autem brevia sunt Scripturæ compendiarie, quomodo Zonaræ in Concilio Carthaginensi describuntur, aut, ut Budæus putat *ad tit. de offic. præf. præ. commentarioli rerum summam continentes, qui Gallia appellantur Borderelles*, ut latius aliquod sint, quam matricula, cum ipsâ tamen matriculâ non semper idem erunt. Illud certum, interdum vocari patriculam: extat locus in *l. 5. C. Theod. de domest. & prot.* Melchior Goldastus Heimensfeldius comment. de regn. Bohem. *lib. 2. c. 17. in pr.* vocat tabulas Salicas, ac mox Registrâ censualia. Zacharias Viëtor *dissert. de caus. exempt. Imperii, concl. 5.* communi nomine *tabulas Imperii publicas*, ac *Imperii Codicem*, qui *terrestrium numinum nomina signat*, indigitat. Klockius *de contrib. cap. 19. n. 33.* Matriculas vocat etiam inscriptiones. Catalogum Indictionum appellat Carpz. *de l. Regiâ. cap. 5. sect. 11. n. 28.* Schütz. *de statu Rei Romanæ vol. 2. Diss. 2. th. 15. lit. a.* Wehnerus in *Observat. voce Matricul*; ubi etiam Registrum Exactionum pro Matricula usurpatur. Vossius *de vitiis sermonis lib. 3. cap. 24. p. 517.* Regestum vocat. Nostis dicitur des Heil. Römischen Reichs Matricul/ per Recess. Imp. zu Augspurg de anno 1548. S. nachdem auch etlicher &c. Verzeichnuß der Reichshülffe / Goldastus *comment. de Regno Bohem. l. 2. c. 17. n. 7.* vel Reichs Register der Anschläge / *dist. Recess. Imp. de An-*

no 1548. S. Wiewol auch in der Reichshandlung. Autor des Abdrucks der von den Königlich Schwedischen Plenipotentiarren Anno 1651. hinterlassenen Remonstration, scribit. fuisse, qui vocem *Matriculæ* Germanicè redderent eine *Rolle* / sed id minus rectè fieri addit, quod vocabulum *Rolle* / nimis generale sit, & propriè aliud non denotet, nisi designationem quocunque etiam modo, & de quocunque negotio factam; Imperii autem *Matricula* *Instrumentum* publicum denotet, in quod Statuum nomina publica Imperii Authoritate relata sint, quæ ideo nomine einer schlechten *Rollen* venire non possit.

III.

Quid sit *Matricula* Imperii, exactâ definitione explicare, plurimum difficultatis habet. Paulus Matth. Wehnerus in *pract. Observat. lit. M. voce Matricul* contentus est dixisse, quod sit Imperii Catalogus der Anschläge / seu Indictionum Imperii: mox subiungit linguâ vernacula Germ. des Reichs *Matricul* / darinnen die Anschläge verfaßt / welche in der Mainzischen Cansley aufgehalten werden. Quâ descriptionem suam quoq; fecit Joh. Theod. Spreng. de *Jurisprud. publ.* p. 185. nisi quodd parum aptè addit; Indictiones vulgò dici Reichs *Satzungen* / quod vocabulò Imperii Constitutiones solummodò notari, extra controversiam est. Becker eandem quoque Wehneri descriptionem in Synopsis suam *lib. 3. cap. 2. n. 2.* retulit. Dn. Reinking. de *Regim. Secul. & Eccles.* l. 1. cl. 4. c. 1. n. 11. Imperii *Matriculam* nihil aliud esse scribit, quam album, in quo nomina Civium immediatorum & Statuum Imperii, & quantum unusquisque ex illis Imperio, urgente necessitate, persitet, conscripta continentur: quam retinuit. Acad. Giesenæ Cancellarius, Justus Sinold Schütz in *Colleg. publ. de Stat. Rei Romanæ* vol. 1. *Disp. 6. th. 2. lit. d. Limn. l. 1. jur. publ. c. 7. n. 66. in fin.* eandem describit: quod sit Catalogus, in quem Statuum Imperii nomina solenniter relata, & in quò, quantum cuiq; horum Imperii necessitatibus contribuere conveniens sit, expressum legitur. Isdè propemodum verbis Dn. Nicolaus Mylerus in succinctâ delineat. de *Princip. & Statib. Imp. Rom. Germ. eorumq; præcipuis juribus* c. 10. n. 3. & Joh. Jacob. Speidel. in *Speculo Jurid. polit.* *Observat. & Notabil. l. M. n. 60. utitur.* Arum. de *Comit. c. 8. n. 59. p. 631.* *matriculam* nihil aliud esse vult, quam *Scripturam*, in quâ summa, quâ Status Imperio debent, continetur. Dn. Joh. Helwicus Sinold. cognomine Schütz in *pract. MSS. de jur. publ. tit. 5. pos. 8.* in

expositione, definit album, in quo nomina Civium immediatorum, & quantum quisque ex iis pensitare teneatur, expressa continentur.

IV.

Non videntur autem hæc quidem descriptiones satis, quid sit Imperii Matricula, explicare: Albi enim vox, quod Reinkingius utitur, ambigua est, deinceps Civium immediatorum & Statuum Imperii nulla est differentia, iidem enim Cives immediati Imperii, qui & Status, quod pluribus probat Herm Conring. *disp. de Germ. Imp. Civ. lib. 6. 7. & nonnullis preced.* Adde quod Matriculâ contineri velit, quantum unusquisque Statuum Imperii urgente necessitate pensitet, cum tamen in expedito sit, esse etiam, ubi circa necessitatis casum ad Imperii decus, ornamentum, & utilitatem aliquid conferant Status, qualis v.g. est, quod in expeditionem Romanam impenditur. Tandem hæc descriptio vult in Matricula conscriptum contineri, quantum unusquisque Statuum Imperii pensitet, cum tamen eò etiam nomine Matriculæ imperfectionis arguantur hætenus, quod omnes Status in eas relati non sint, & quod relati sint, qui jus suffragii in Comitibus non habent, & Status reapse non sunt. Sunt ista pleraque etiam communia descriptioni illi, quam exhibet Limnæus, & qui illum sequuntur. Wehneri autem illa, in eo deficere videtur, quod nullâ factâ Statuum mentione, quorum designatio præcipuus matriculæ finis esse videtur, solummodo contributionum meminit. Quod idem est in Arumæi illa, quæ præterea præsupponere videtur, omnes Status iam in Matriculam relatos, & non relatos alios præter Status & summam omnibus legitimam assignatam esse, de quibus admodum controvertitur. Schüzii Junioris autem ista, quamvis reliquis accuratior, quod tamen ambigua valde voce utatur, & nomina Civium immediatorum, & quantum quisque ex iis pensitare teneatur, matriculam jam continere expressè velit, (quod si de omnibus Statibus intelligatur, de nulla hætenus Imperii matriculâ varè prædicari potest; si de nonnullis, non sufficit) loco perfectæ descriptionis esse hætenus non potest.

V.

Fortassis autem hæc ratione describi posset Imperii Matricula, quod sit libellus publicâ autoritate destinatus, ut in eò describantur nomina omnium Imperii civium, (vel quod idem est, Statuum) & quantum quisque eorum ad usus communes contribuat. Libellum dicimus

dicimus eò sensu, quò pro scriptò Codice exiguæ molis libellus usurpatur. Publicam auctoritatem requirimus, quod expeditum sit, privatam non sufficere, sed requiri Imperatoris & Ordinum Imperii; addimus, esse destinatum, ut in eò describantur nomina omnium Imperii Civium, quod licet hætenus fortassis desit Imperii Matricula, quæ omnium Imperii Civium nomina, nullis admixtis aliis mediare subjectis, exactè exprimat, dubio tamen procul sit, saltem intentione Imperatoris & Ordinum Imperii huic fini destinari matriculam; addimus, quantum quisque eorum ad usus communes Imperii contribuat: omnibus enim Matriculis, quas hætenus vidimus, præter Statuum nomina etiam onera quædam adscripta fuisse meminimus. Nec officit, si privilegio aut alio jure aliqui à contributione immunes sint: nam & his adscribitur, nihil eos debere.

VI.

Cui temporis originem Germania debeat hujusmodi Indicis, quò Statuum nomina exhibentur, plerisque quoque est per obscurum; tentabimus tamen venire ad illud, quod vero propius est. Id expeditum est, quò tempore nullum adhuc fuit Imperium Romano-Germanicum, nullam quoque potuisse esse Statum illius designationem. Cum autem Germania in unius Imperii societatem felicibus Caroli M. armis demum coaluerit, hinc quidem in expedito est, nullam ante Carolum M. vel cogitari posse Statuum Imperii illius, quod nondum fuisse constat, designationem. Exinde quidem passim mentio est indictmentis ad publicam expeditionem, cui si quis parere contempsisset, damno feudi hanc culpam lueret; sed eorum nomina, qui ad publicam expeditionem vocarentur, publicâ auctoritate in unum librum redacta, nullibi legitur; & si constaret de hujusmodi Catalogo, nondum tamen in propatulo foret, an Statuum Imperii solummodo nomina, & an omnium exhibuisset. Videntur enim, ut ex 2. F. 55. §. 1 apparet, ii solum evocati esse ad publicam expeditionem, qui feuda eò nomine haberent. Et tempore Ottonis IV, vel circò principia seculi XIII, nullam adhuc certam fuisse omnium Statuum descriptionem, satis ostendi potest ex historiâ expeditionis Romanæ ab ipso susceptæ, quod & iam præstitit Matth. Dresserus in *Chron. Saxon. fol. 265. Witteberga anno 1596. excuso. Zach. Viotor. disert. de caus. exemt. Imperii concl. 5. tempore Friderici anno 1397*

jam conscriptam esse Matriculam autumat, quem errorem incaute sequuntur alii nonnulli, inter illos Joh. Wurmserus *exercit. Academ. Jur. publ. Exercit. 1. in Corollar.* Sed quomodo Fridericus Imperator anno 1397. auctor esse potuit conscribenda Matricula, cum annis propè quinquaginta post demum ad Imperium pervenerit? Jactatur à quibusdam Index antiquus, quò Ordines Imperii in quaterniones descripti sunt, qui extat tùm alibi, tùm apud Goldastum, Mynsterum & Onuphrium Panvinium *in lib. de Comit. Imperatoris c. ult. atque etiam apud Petrum de Andlo, de Imp. Rom. Germ. l. 1. c. 16.* Sed istam divisionem ineptam esse & confictam, nil necesse est ostendere post Marquardi Freheri *in not. ad d. l. Petri de Andlo, & Herm. Conring. in Diss. de Germ. Imp. civibus* industriam. Et vel ipsa illa varietas auctororum, qui Indicem hunc exhibent, indicio est, non ex Archivo Imperii, sed ex inepti scriptoris cerebro prodiisse hanc designationem. Quid? quod nec si vera sit, Matricula Imperii dici possit, utpote qui paucissimorum saltem Statuum mentionem faciat.

VII.

Dn. Limnæus *l. 1. c. 7. n. 69. se non dubitare ait, ut maxime antiquior oculis nostris* (quæ ipsius verba sunt) *nunquam facta fuerit familiaris, fuisse tamen Matriculis etiam illis de Anno 1431. & 1397. longè antiquiores alias.* Quod iisdem propemodum verbis repetit & probat Speidelius *in Speculo variarum Jurid. polit. & c. observationum voce Matricul.* At quod existimat Limnæus, vix credibile est; Quomodo enim tantam rem memoriæ commendare neglexerint historici omnes, quomodo nullum ejus exemplar, vel publica Imperii Archiva, vel aliorum Imperii Statuum servarint. Ad veritatem ergò propius accedere videtur, quod suspicatur Herm. Conringius *in diss. de Germ. Imp. Civib. lib. 4. 4. exitiali peccato per aliquot secula neglectam esse publici Ordinum Albi consfectionem, & certam in illud omnium nominum insertionem.* Addit deinceps, quibus explicat, quantum neglectus hic nocuerit Rebus Germanicis, quæ hic adscribimus: *Sane si ab initio confectum fuisset album aliquod opus & Ordinum Imperii publicum, si Imperii acta & decreta sanctè semper fuissent consignata, si Caesaris postremo auctoritas semper mansisset integra, longè nunc alia esset Civium ratio.* Id controversià vacat, nec Lehmannum, nec Goldastum, utrumque non negligentem indagatorem, antiquior

tem

rem Matriculam, eā, quæ anno 1431. Noribergæ in frequentissimis Comitibus pro expeditione, in Bohemiam contra Husitas suscipienda, ab Imperatore Sigismundo Augusto & Ordinibus composita est.

VIII.

Occasionem conscribendæ Matriculæ fecit bellum Husiticum. Cùm enim Sigismundus Imperator Bohemiæ regnū ab Ordinibus sibi debitum occupare animum induxisset, renitentibus Husitis, quod à religione ipsorum illum alienissimum crederent, Sigismundus Imperator plus simplici vice ab illis clade affectus in novum bellum contra illos Statuum Imperii auxilia sollicitavit. Imperatore ergo & Pontifice per Cardinalem Legatum urgentibus negotium in Comitibus Norimbergenfibus anni 1431, quā de re legi potest post alios Lehmannus *Chron. Spir. l. 7. c. 80.* Ordinum suffragio & voluntariā, uti videtur, contributionum distributione, nisi quod Civitates Imperii duriores suam conditionem illā divisione factam, ab initio conquestæ sint, hujusmodi Matricula, quæ & Ordinum nomina, & quid quisque ad Imperii utilitatem conferre deberet, complecteretur, composita est. Extrat hodieque Matricula illa sub nomine: *Anschiag auff allgemeine Ständ des Reichs zu Nürnberg / zu Hilff wider die Böhmen gemacht unter dem Römischen König Sigismundo*, anno 1431. in *actis Brunsvicensibus*, part. 2. pag. 1019. eamque primam esse agnoscit Goldastus de *regno Bohem. l. 2. c. 17. n. 2.* Conring. de *Germ. Imp. Civib. lib. 9. p. 3.* Magnif. Dn. Delhasen/von Schöllnbach/JCTUS, Patricius Noricus, Academiæ Altdorphinæ Pro Cancellarius Dignissimus, & Reipubl. patriæ, aliorumque Statuum Imperii Consiliarius Gravissimus, in *templo Patris Orat. 4. p. 176.* confer Limnæum in *addit. tom. 4. jur. publ. ad l. 1. c. 7. n. 69. in f. Klock. de Contributionibus cap. 19. n. 52. & seqq.* Primam & vetustissimam matriculam tempore Friderici III. in Comitibus Norimbergenfibus Anno 1467. die Martini confectam esse voluit Wehn. *præf. Observat. lit. M. voce Matricul. Meichsner tom. 3. decis. 6. n. 20. p. 66.* Knipschildt. de *Jure & privil. Civit. Imp. l. 1. c. 3. n. 83.* Dn. Sinold. in *Coll. Jur. publ. v. 2. D. 4. lib. 15. l. 2.* Sed satis apparet, non visam his Authoribus antiquiorem Sigismundi ætate confectam matriculam, mutaturis haud dubiè sententiam, si illam oculis usurpare contigisset. Secutæ deinceps matriculæ plures; illa, quæ Friderici III. tempore adversus Turcarum Tyrannum, Norimbergæ in Comitibus anno 1467. constituta, quæ secunda est, & tertia Ratisbonensis, promulgata

gata Ratisbonæ in celeberrimis Comitibus adversus Turcas A. 1471. Philipp. Knipschildt. *de jur. & privil. Civil. Imperial. l. 1. c. 3. n. 83.* tertiam existimat illam esse, quæ in Comitibus Norimbergensibus confecta est, sed fallitur: eam enim præter tres, quas modò commemoravimus, etiam quarta præcedit Matricula Norimbergæ anno 1480. in Comitibus Imperii pro subsidio 15000. militum contra Turcas sancita. Compositæ deinceps diversis temporibus plures Matriculæ, Norimbergensis anno 1481. in Comitibus contra Matthiam Hungariæ Regem, tum temporis Imperii hostem, & Turcas, & aliæ, quarum seriem habes apud Goldastum l. 2. *de regn. Bohem. c. 17. Add. Speidel. in Specul. var. Jurid. polit. histor. Observ. & notabil. voce Matricul. Limn. l. 1. c. 7. n. 69.* Unde simul apparet, quàm erronea sint illa, quæ Philipp. Knipschildt. *de jur. & privil. Civil. Imp. l. 1. c. 3. n. 83.* scribit: *prima & vetustissima Matricula primum tempore Imp. Frid. III. in Comitibus Norimbergicis anno 1491. confecta, quæ postea in Comitibus Wormatiensibus anno 1521. aucta & probata fuit.*

IX.

Limnæus lib. 1. *Jurispubl. cap. 7. n. 66.* observat, Matriculam aliam esse communi acceptione ita dictam, quando libellum significat, quò series & ordo quorundam hominum continetur, aliam, quando strictiori sensu, & magis ad speciem certâ directâ denotatione Catalogum illum significat, in quem Statuum Imperii nomina solenniter relata, & in quo, quantum cuique horum Imperii necessitatibus contribuere conveniens sit, expressum legitur. Cæterum cum illa, de qua agere institimus Matricula, non sit alia quàm posterior illa, adeoque hujus divisionis partem unam constituat, satis liquet, istam quidem huc non pertinere. Idem Scriptor tom. 4. *jurispubl. in notis ad lib. 4. cap. 7. n. 67. pag. 457.* sed aliò sensu, & qui hujus loci est, Matriculas dividit in generales & speciales: Generales appellat, in quibus, verba ipsius sunt, *constans taxa ratione bonorum scripta, quid eorum nomine per mensem ad expeditionem Romanam contribuendum sit: Speciales, in quibus pro necessitate vel unius vel plurium mensum contributio expressa, in quâ vel omnes, vel non omnes Status, vel etiam alii quàm Status ratione bonorum immediatorum, ut & alii ratione bonorum mediatorum, relati reperiuntur.* Prioris exemplasse vult illam, quæ facta est anno 1521, illam anno 1545. cujus

mentio

mentio injicitur *part. 2. Braunschweigischer Historischer Handel. p. 1084.*
 Wormatiæ revisa dicitur, quæque legitur apud Dn. Würffbein *parte 9.*
 des unvergreifflichen Historischen Berichtes / welcher massen Carolus
 Magnus &c. p. 257. At posterioris generis esse judicat illam anni
 1471, inscriptam, Anschlag auff allgemeine Stände des Reichs zu
 Nürnberg / zu hülffe wider die Böhmen gemacht / unter dem Römischen
 König Sigismundo; quemadmodum etiam den Anschlag der
 20000. Mann zu Ross und Fuß wider den Türcken de anno 1467. zu
 Nürnberg beschlossen / p. 2. Braunschweigischer Historischer Handel /
 p. 1024. Anschlag der 10000. Mann zu Regensburg auff dem Käy-
 serl. Tage Georgii fürgenommen und angeschlagen / Anno 1471. d. p.
 2. p. 1029. p. 1066. Lehmann. in der Speyerischen Chronick. lib. 7.
 c. 112. p. 970. Reichs - Matricul und Anschlag zu Nürnberg berath-
 schlaget auff Martini / Anno 1480. d. p. 2. p. 1062. Anschlag und
 Matricul de anno 1481. d. p. 2. p. 1080. Anschlag zu Franckfurth anno
 1486. gemacht / darinnen sich die Stände des Reichs einer Geld - Hülff-
 fe verglichen: darauff zusehen / das die Frey - und Reichs - Städte
 mehr als die Churfürsten absonderlich / die Fürsten Geistlich und Welt-
 lich / auch absonderlich contribuiret, apud Lehmannum d. l. 7. c. 117. p.
 987. Anschlag auff alle und jede Stände des Reichs anno 1487. zu
 Nürnberg auff Geld gesetzt / apud Lehmannum d. lib. c. 118. p. 992. An-
 schlag Frider. Imperat. wider die Flemming anno 1489. Goldast. in
 Reichs - Handlungen p. 28. Anschlag anno 1489. zu Franckfurth auff alle
 und jede des Heil. Reichs Churfürsten / Fürsten / Grafen / Herren
 und Stände / Lehmann. d. lib. c. 120. p. 1001. Fit etiam mentio d. *part.*
 2. Braunschweigischer Historischer Handel / p. 1081. aliarum Matricu-
 larum de anno 1491. 1505. vel 1506. 1507. & legi aliam de anno 1512.
 inter, acta comitiorum ejus anni Treviri & Coloniae celebratorum.

X.

Distingui etiam possunt in Antiquiores, & Recentiores, Rein-
 king. de R. S. & Eccles. lib. 1. class. 4. cap. 1. n. 21. Meichsn. tom. 3. decis.
 6. fol. 66. Limæus jur. publ. lib. 1. c. 7. n. 68. & seqq. Besold. de Jurisdic-
 Imp. quæst. 8. Wehner. in observ. voc. Matricul. Speidel. Speculo varia-
 rum. observat. ead. voce. Atqui cum ista omnis à tempore differen-
 tia sit, non sunt illa uni eidemq; Matriculæ perpetua nomina, sed de u-
 na eademque diversis temporibus utrumque prædicari potuit; nam

quæ ante duo secula recenserat, nunc jure inter antiquas computatur. Quin imò ista etiam, quæ à postrema Matricula proxima est, hujus respectu antiqua dici potest, cum relatione facta, ad alteram antiquiorem recentior dicenda sit. Communiter tamen & in universum illæ, quæ præcedunt Matriculam anni 1521. videntur rectius Scriptoribus antiquæ, quæ sequuntur, recentiores appellari. Sed & cum matriculæ aliæ adjectum habeant, quid ad expeditiones Imperii publicas & bellicas præcipue conferant Imperii Status, aliæ, quid ad sustentandum Cameræ Judicium erogent, non repugnaverimus illi, qui à diversâ illâ collatione distinguere velit Imperii matriculam, ita ut quamvis utraque sit Imperii, posterior tamen ad differentiam prioris vocetur *CammerMatricul* / quomodo hæc Matricula vocatur in *Recessu Imperii anni 1654. §. Und zwar soviel anfanglich* / 9. modò tamen caveat aliquis, ne album Cameræ, in quod referuntur, qui Spiræ degunt sub Jurisdictione Cameræ, quæ & ipsa vocatur *die CammerMatricul* / quam Imperii tamen Matriculam propriâ acceptione nemo rectè appellaverit, de quâ vid. Denais. *Jus Camerale*, voce *Album Cameræ*, cum hac nostrâ, de quâ loquimur, confundat. Sed & Matriculæ dividi ista ratione possunt, quod earum nonnullæ secundum Circulos conscriptæ sint: aliæ aliter: ita ut primo Electores singuli, deinceps Ecclesiastici, tum seculares Principes &c. enumerentur. Prioris exempla sunt, Matriculæ, quas Reinkingius, Wehnerus, Limnæus exhibent, ac illa etiam quæ nuper Ratisbonæ prodit: posterioris omnes ante Circulos institutos, & annum 1512. conscriptæ, ac etiam illa anni 1521. ut & illa anni 1567. quam post Synopsin suam edidit Beckerus.

XI.

Præter has, quas præmisimus, alia adhuc Authoribus Jurispublici aliquot probatur Matriculæ distinctio. Ajunt illi, esse matriculas, quæ tantum Imperii Status exprimunt, esse alias, quibus notantur *die Anschläge des Reichs* / ubi illitantum Status exprimantur, qui contributionibus obnoxii sunt. Atqui hinc nullo negotio sibi respondere videntur illis, qui negant, Bohemiæ Regem esse Imperii Statum, quod non relatus sit in Matriculam. Nempe, ex mente illorum, non legitur ejus nomen in posterioris generis matriculis, cum in prioribus extet. Ita Limnæus *Jurispubl. l. 1. c. 7.* & quillum more suo

re suo sequitur Knipschilde *de Iuribus & privil. Civit. Imperial. l. I. c. 3. n. 88.* ubi iisdem, quibus ante Limnæus utebatur verbis: *His Matriculis*, ait, *Status inscripti sunt, non quatenus tales, sed quatenus possesores huius vel illius districtus, cuius nomine onera contributionum sustinent, unde etiam alios, qui Status non sunt, immediata tamen & Imperii oneribus subiecta territoria tenent, iisdem contineri videas*, als Inhaber der Herrschafft/ &c. Cui quoque sententiæ Limnæi adstipulatur Anonymus quidam part. 2. seines wolgemeinten und unvorgezifflichen Discurs / ibi: Ehe wir aber zum Beschluß schreiben &c. edit. Anno 1663. At Limnæo se opposuit Justus Si-nold Schütz, Cancellarius Academiæ Giessensis, vol. 1. *Disp. de Stat. Rei. Rom. lb. 2. lit. d. cum ipse*, scribit ibi, n. 66. *matriculam Imperii præsentem circa materiam non solum ex nominibus Statuum, in eam relatis, sed etiam von den Anschlägen oder Anlagen des Reichs* / describat, viderit ipse (Limnæus) quâ ratione in fine n. 94. *aliâ faci-at Imperii matriculam, quæ tantum Imperii Status exprimat, aliâ quâ die Anschläge des Reichs / ratione etiam Statuum contributionibus obnoxiorum notentur.* Legerat ista Limnæus, cum deinceps quartum tomum Jurispublici ederet, ac idè ad lib. 4. cap. 7. n. 67. nondum se adduci potuisse proficitur, ut priori sententiæ nuncium mitteret. *Duplices*, ait, *Matriculas adhuc agnosco, unam, quâ Statuum nomina, ut Statuum exprimuntur; ex quâ argumentum deduci debet, si queratur, num quis Status sit, an non. Alteram, quæ eorum nomina exprimuntur, qui contribunt Imperio, additâ taxâ cuiusque;* Hanc postremam ibi & onerariam appellat. Esse autem talem Matriculam, probare contendit ex Goldasti *Reichs Handlungen p. 65.* ac talem primam matriculam fuisse, quæ sola nempe nomina Statuum exprimeret, planè sibi persuasum esse, scribit, quam secutæ illæ, quæ oneris expressam & specialem mentionem adjiciunt. Fecit quidem deinceps etiam matriculæ mentionem Dn. Schutz vol. 2. D. 4. lb. 15. sed nihil Limnæo reposuit, incertum, an viderit jam Limnæi ista, cum unò eodemque tempore ferè & ista Disputatio, & tomus Limnæi quartus prodierit. Meretur tamen expendi res paulò diligentius, quod non parum intersit Jurispublici scire, utrâ harum sententiarum vero prior sit.

XII.

Id in expedito est, potuisse, si voluissent Imperii Ordines, utroque modò literis consignare matriculam, nec potest meritò dubitari, sal-

tem in animo illorum, qui matricularū Authores sunt, ante extitisse quandam Statuum Imperii designationem, quam Statuum designationi adjiceretur, quid quisque ad Imperii usum contribueret, nec admodum improbabile, expressisse eosdem calamo, ut ferè fieri solet, animi conceptus, ut præcesserit sola designatio Statuum, quam exceperit altera, cui adjungitur onus; sed de istis quidem non existimo inter Scriptores illos disceptari. Id præcipuè controvertitur; an publicâ Authoritate Catalogus Ordinum Imperii promulgatus, vel collectus extet, qui solum nomina Statuum, nullâ cuiquam adjectâ oneris mentione, exhibeat, quod negantè adversario asserit Limnæus. Est verò res ista facti; asserenti verò aliquid facti ejus incumbit probatio. *l. 2. ff. de Probat. l. 1. & l. 23. C. eod. l. 9. C. de collat. & l. 10. C. de non num. pec.* Producit Limnæus illam, quæ apud Goldastum in *Reichs. Handlungen* p. 65. extat. At qui noverit, quàm multas suspectæ fidei merces pro veris erudito orbi obtruserit Goldastus, cui cæteroquin diligentiae laudem non negamus, in re, cui aliunde fides fieri non potest, vix ejus solius autoritate sibi aliquid planè persuaderi patietur. Et plusquam uno nomine suspecta est illa designatio nominum nonnullorum apud Goldastum, sine Consule & Die, incertum & à quibus facta. Et sanè quis neget, Duces Brunsvicenses, Megapolitanos, & Hassiæ Landgravios, ut alios plures non attingamus, esse Imperii Status? quorum nulla ibi mentio. Nec est, quod objiciat aliquis fortassis, antiquiorem esse, & prævertere sæculum, quo in numerum Ordinum recepta sint Illustria hæc nomina: nam est ibi eorum quoque mentio, quæ ad recentius ævum pertinent, & stylo satis prodit, frustra illi tribui ultimam aliquam antiquitatem. Præter hanc autem aliam reperire nunquam potuit Limnæus, quam laudaret pro opinione, quam tueretur. Ut iusta nobis hætenus de distinctionis hujus veritate dubitandi causa esse videatur. Sanè diligentissimi rerum Germanicarum Scrutatores, Arumæus, Wehnerus, Speidelius, Reinkingius, Carpzovius, Dn. Mylerus, qui in descriptionibus suis Matriculæ, omnes exprimunt Indices indictionum, vel summæ, quam ad Imperii usum Status conferunt, talem haud dubiè nec viderunt, nec agnoverunt, magnò & probabili argumentò, non extare, cujus nullum indicium ipsi deprehendere potuerint.

XIII.

Matricula quæ rata sit, non conficitur, nisi eorum autoritate,
penes

penes quos summa est in Imperio potestas. Unde Matriculam ad eum effectum, ut inde probetur, aliquem esse de collegio, auctoritate superioris confectam, volunt Alexander in *l. scriniarios* 16. C. de *testam. milit.* & Antonius de Butrio in *cap. 1. de fide instrument.* quos & Felinum adducit & sequitur Mascard. *de probation. vol. 2. concl.* 1038. num. 6. adde Reinking. *de R. S. & Eccles. l. 1. class. 4. c. 1. §. 20.* Cum autem summa potestas in Imperio penes Imperatorem & Ordines Imperii sit, satis inde liquet requiri, ut eorum voluntate & autoritate confecta sit, idque apertè docet Recessus Imp: anni 1594. §. 129. Wan auch beyr. ex quo patet, consilio & consensu Imperii Ordinum conscriptam esse Matriculam anni 1521. *vid. Denais. Jur. Camer: tit. 191. §. 9. voce Moderationis causæ.* Otto de *Jure publ. c. 17. p. 540. edit. Witt. anni 1658.* Vietor de *caus. exempt. Imp. concl. §. & ibi Alciatus reg. 3. præf. 17. n. 5. Meichsn. tom. 3. decis. 6. n. 11.* Hinc Klockius de *contribut. c. 19. n. 33. & 34. quemadmodum*, ait, primam orbis Matriculam Caesar Augustus Scito intercedente fieri curavit, ita & Imperii Romano-Germanici Matricula seu inscriptiones communi Imperatoris & Ordinum consensu interveniente confecta, atque in solennem ac authenticam scripturam auctoritate publicâ redacta sunt, qua exinde paratam executionem merentur. In eam sententiam Author des Abdrucks der von den Königl. Schwedischen plenipotentiarien Anno 1651. hinterlassenen Remonstrationen; das Wort Reichs-Matricul / ait, zeigt in specie an ein publicum Instrumentum, deme alle Reichs-Stände publicâ Imperii autoritate solenniter einverleibet. Atque hinc est, quod etiam in Imperii Comitibus de Matriculâ sæpissimè vel moderandâ, vel emendandâ actum legimus, *vid. Reichs-Abschied de anno 1548. §. die weil auch daneben 77. §. und demnach solche 82. & §. und demnach auff obbemeldte 86. R. A. anni 1555. §. und wie wol wir 134. R. A. de anno 1594. §. 122. & nuper Instrumento Pacis Casareo Suecico art. 8. §. habeantur tertio, & Casareo Gallico, art. 7. §. 2. & art. 10. §. 9. R. A. zu Regensburg anni 1654. §. Weil aber 177. & §. damit aber 138.* Atque horum auctoritate quoque definitum legitur, cujus Matriculæ præcipua in dijudicandis Statuum controversiis ratione contributionum haberi debeat ratio. R. A. zu Augspurg Ann; 1582. §. Wann auch zu Francsfurh.

Referuntur in Matriculam Imperii nostri, Status. Quò nomi-
ne qui veniant, ac quà notà Cives, Ordines vel Status Imperii, ab aliis,
qui tales non sunt, distinguantur, nec hodiè quidem disputari de-
fuit. Philippus Knipschildt. *de Civit. Imperial. Juribus & privilegiis*. l.
2. c. 1. n. 6. distinguit inter acceptionem vocis, Status generalem vel
latam, & specialem vel propriam; generali vocis usu ipsi Status Im-
perii appellantur, qui Imperio Romano immediatè subjecti sunt, &
neminem nisi Imperatorem superiorem agnoscunt, sive ad Comitìa
vocentur, & in iisdem votum ac sessionem habeant, & in Imperii Ma-
tricula contineantur, sive non. In eandem sententiam Benedictus
Carpzovius *de lege Regià Germanorum* c. 3. sect. 13. n. 42. & cap. 6. sect.
ult. n. 31. (ubi tamen malè pro suà opinione stabiliendà adducit Gaili-
um, apud quem tale nihil legitur) latà nominis acceptione Status Im-
perii dicit ejus membra immediata, sive in Matricula & Circulis Impe-
rii reperiuntur, sive non, nullà habitàratione, an quicquam, vel nihil
ad usum Imperii conferant, eosque opponit Statibus Imperii propriè
dictis, qui sessionem ac votum in Comitiiis Imperii Universalibus ha-
bent. Sed ad illum, quem strictiori significatu appellat Statum Impe-
rii, einen Standt des Reichs / idem Knipschildt. *d. l. n. 19.* ex Doctori-
bus, ut ait, aliis longè plura requirit, ac quidem I. ut Imperio im-
mediatè sit subjectus, & neminem (intellige post Deum) nisi Impera-
torem & Imperium superiorem agnoscat, cujus sententiæ suæ autho-
res laudat Gailium, Wehnerum, Everhardum & Noldenum, quem
postremum tamen si rectè inspexisset, *adducto cap. 17. n. 42.* non de Im-
perii Statibus, sed de Equestri ordine, von der Reichs-Ritterschafft /
qui ex veriori & Noldeni sententia inter Imperii Status non compu-
tatur, loqui compèrisset. II. Ut sit in Matriculam seu album
Imperii receptus, & certam pecuniæ vel militum summam ibi descri-
ptam in Imperio contribuat, quod ex Paurmeistero, Wehnero,
Meichsnero, Knichen, Reinkingio, Arumæo se notare ait, ad
quod requisitum probandum Dn. Reinkingius, & post ipsum plures
adducunt Recessum Imperii Augustanum anni 1548. §. Nachdem auch
erlicher anderer. &c. III. Ut ad comitìa vocatus adsit, & sessionem ibi ac
votum habeat, quod ex R. X. zu Augspurg anni 1548. §. Wann
auch ein Aufgezogener &c. evincere satagit, & ad Everhardum, Ru-
landum, Gailium, Reinkingium, Stephanum, Arumæum remittit.

IV. Ut indictiones, contributiones, & collectas Imperio immediatè occurrente necessitate ex matriculæ præscripto solvat, d. R. *U in Augspurg/* anni 1548. S. Wann auch ein Aufgezogener. 2c. & post Gailium & Reinkingium, (qui tamen id necessarium esse non autumat, vid. illum *adducto capite. n. 42.*) V. Ut territorium cum Jurisdictione & Regalibus, quorum vigore Imperatorem in suo territorio repræsentet, immediatè ab vel sub imperio possideat, ex Gailio (vel potius ex sententia Fiscalis apud Gailium *lib. 1. obs. 21. n. 9.* ubi illam qualitatem inferi libello Fiscali notatur) Gylmanno Wehnero, Magero. VI. Ut ad Circulum aliquem certum sit relatus, quod anonymus quidam apud Limnæum *lib. 1. cap. 7. n. 90.* volebat.

XV.

Perhibet quidem Knipschild, se ista requisita Status ex Doctorum scriptis colligere: & singula illa, aut alicubi conjuncta nonnulla, suos & magnos Autores habere, negari non potest. Cæteroquin nemo unus, quod quidem noverimus, tot requisita necessaria Imperii Statuum hæcenus edidit. Nec multum tamen ab isto numero discrepare videtur Fiscalis apud Gailium *l. 1. observ. 21. n. 9.* Is enim, verba sunt laudati Authoris, in causis exemptionum, hoc pacto libellum conceptis articulis formare consuevit; Primò pono & dico, quod N. Comes, vel Baro eximendus, jam olim matricula imperii ut Status inscrip. us sit. Secundò, quod feuda, dignitates & regalia ab Imperatore & Imperio immediatè habeat, & recognoscat. Tertiò, quod ad Comitìa, & convenus Imperii, perinde atque alii Status, vocetur, & vocatus comparuerit. Quartò, quod sessionem & votum in consilio Imperiali habeat. Quintò, quod indictiones, contributiones, & collectas Imperii pro rata sua quolibet tempore solverit. Addit deinde: quæ omnia si procurator Fisci probeat, utique in possessório obtinere debet, cum habeat præsumtionem juris pro se. Theodorus Reinking Ictus non incelebris, Hassæ superioris olim Pro Cancellarius, ac ad dignitatē Cancellarii apud potentissimū Daniæ Monarcham deinceps evectus, quaternariò contentus est, de Regimine seculari & Ecclesiast. *lib. 1. class. 4. c. 1. n. 4.* Ut aliquis scribit ibi, censeatur Status Imperii, quatuor requiruntur: I. Ut sit in matriculam receptus. *n. 5. II.* Ut sessionem & votum in Comitiiis habeat. *n. 24. III.* Ut indictiones & collectas Imperio immediatè pro rata

*rata sua quolibet tempore solverit. n. 41. IV. Ut territorium cum omni-
moda Jurisdictione & regalibus, quorum vigore Imperatorem in suo ter-
ritorio repraesentet, immediate ab vel sub Imperio possideat. n. 43. Potius
tamen aliorum sententiam, quam suam ipsum ibi commemorare o-
stendunt, quæ n. 42. addit, ubi porro scribit: Si tamen priores duas
qualitates quis probaverit, intentionem fundatam eum habere, etiam si
probare non possit præstationem Collectarum &c. Ante Reinkingium
quaternarii hujus mentionem fecerat Besoldus de Jurisd. Imp. Rom.
quest. 8. ubi ad eundem cum ipso modum requisita hæc explicat.*

XVI.

Andreas Gailius lib. 1. Observ. 21. n. 2. Status Imperii vocat
eos, qui Caesaris & communi Procerum Imperii consensu in album si-
ve matricem aut Matriculam Imperii recipiuntur eâ lege, ut Imperio
occurrente necessitate certum censum in albo sive matricula expressum
pensitent, vel subsidium militare præstent, & bi, pergit mox, alium su-
perioiorem, quam Casarem non recognoscunt. Unde notant alii, ipsum
tribus his requisitis Statum Imperii definire, I. Ut solum Imperatorem
recognoscat immediate. II. Ut Caesaris communique Procerum consen-
su in album Imperii sit receptus. III. Ut id factum sit eâ lege, ut Imperio
occurrente necessitate certum censum, in albo vel matricula expressum, pen-
sitet, vel subsidium militare præstet. vid. Matthias Stephani de Jurisd.
l. 2. part. 1. cap. 4. n. 27. Wilhelmus Becker in Synopsi Jurispubl. l.
3. cap. 2. juxta editionem, quæ Coloniae prodit, anno 1654. duo ista
ad Status Imperii qualitatem saltem requirit; I. Ut matriculæ in-
scriptus sit. II. Ut votum & sessionem in comitiis obtineat; si ta-
men credere licet iis, quæ scribit Eberhardus Fabritius (quem bonâ fi-
de alioquin adducere Authores observavimus.) in repetitionibus Gai-
lij ad observat. 21. lib. 1. sect. 2. oportet in antiquioribus editionibus il-
lum addidisse & illud requisitum, ut occurrente necessitate certum sub-
sidium Imperatori pensitet, adeoque & secundum istam antiquiorem
Beckeri sententiam, quam tamen postea correxit, tria requisita Im-
perii Statuum ipse agnovit.

XVII.

Dn Mylerus cap. 11. utilissimi libelli de Princip. & Stat. Impe-
rii Romano-Germanici eorumque præcipuis Juribus, duo necessaria esse
vult,

vult, ut aliquis dicatur esse Imperii Status; I. Ut nomen ejus in matricula extet. II. Ut aliquis in Imperialibus diætiis sessionem quoque ac vorum habeat, quibus, quod alii addunt, ut casu necessitatis Imperio quis certi quid pensitet, aut territorium immediatè ab Imperatore agnoscat, id non ita absolutè admittendum esse censet, nec enim perpetuas aut inseparabiles qualitates Statuum Imperii esse judicat. Ad stipulatur huic sententiæ Becker, secundum editionem postremam *lib. 3. cap. 2. n. 2. & 5. add. n. 6.* Justus Sinold, cognomento Schütz *Colleg. de Statu Rei Rom. vol. 1. Disp. 6. rh. 2.* Joh. Theod. Sprenger *Juris prudentia publ. pag. 185.* Speidelium pro hac quoque sententia stetit, ex Speculo liquet, voce *Reichs-Stand*, quam deinceps tamen, ut ex additionibus cernere est, mutavit. Daniel Otto, *cap. 17. dissert. Juridico-Politica p. 541.* admodum confuse quidem de Statibus Imperii disserit; si quis tamen descriptionem, quam ibi exhibet, expendat, idem sentire cum iis, quos nominavimus, deprehendet, nec enim, nisi ut matriculæ inscriptus sit, & ut vorum in Comitibus habeat, sive, ut ipse loquitur, ut Cæsari consilio & consensu assistat, requirit. Paulò post tamen eum, qui citatus in prima instantia ad Cameram ibi compareret, ac ut reus jus & judicium in se recipit, imperii Statum certò certius esse vult, & etiam necessitatem solvendi collectas facere, aliquem esse imperii Statum, autumat. Dn. Schütz junior, Judicii Aulici Imperialis nunc Consiliarius, in *Collegio mssto*, quod ex ore ipsius olim, cum Jura in Academiâ Giesfensi traderet, exceperunt LL. Studiosi, I. Ut Status sint immediati Cives, & II. Ut jus sessionis ac suffragii in Comitibus habeant, postulat.

XVIII.

Sunt demum, qui unâ essentiali notâ nosci volunt Imperii Statum, qui, qualis tamen illa sit, non conveniunt invicem. Limn. *jur. publ. lib. 1. c. 7. n. 86.* & imprimis *n. 92.* solam matriculæ inscriptionem talem notam esse vult, quod & deinceps *rom. 2. addit. ad dict. cap. n. 91.* contra Carpzovium defendit. Ast Carpzovius de *Lege Regia cap. 3. sect. 12. n. 42. & 43. jure*, ut vocat, *sessura*, ac voti dicendi in Comitibus universalibus Statum propriè dictum describit. Eadem est Paurmeisteri sententia de *Jurisdictione lib. 1. cap. 8. n. 3.* ubi Status appellandos ait illos, qui statuendi de Republica, vel, ut apertius dicatur, jus sessuræ ac dicendæ sententiæ in comitiis vel conventibus

bus Imperii habent. Et Speidelius etiam in additionibus ad Specul. postremâ editione voce *Reichs-Standt* hâc unicâ & quasi propriâ notâ Statum ab aliis Imperii subjectis secerni ait, quod Status & locum votandi, ac sedendi in comitiis habeat. Tandem & Hermannus Conringius *Disput. de Imp. Germ. Civibus*, th. 8. hoc jus & facultatem suffragii ferendi, usque adeo proprium esse Civium, verorumque Ordinum ac Statuum alicujus Civitatis tueretur, ut essentiam eorum unicè constituat. In eo tantùm à Paurmeistero ac Carpzovio differt, quod cum illi jure suffragii hujus definiant civem, ipse civem saltem actu esse nolit, qui caret illâ facultate, sive per injuriam, sive jure, qui fruitur illâ, sive jure, sive injuriâ, reapse sit in Statuum sive Ordinum seu Civium censu. Sunt, qui illam Statuum notam esse velint, ut in Circulos Imperii relatus pro Statu habeatur; Inter quos erat Vir ille, quem insigniter eruditum Limnæus appellat, lib. 1. *Jur. publ.* c. 7. num. 90. & idem sentientem Rutgerum Rulandum de *Commissariis* l. 5. c. 5. p. 2. num. 55. adducit Carpzovius de lege regiâ Germanorum cap. 3. sect. 12. num. 41. Gilmanni illam descriptionem, quæ extat *Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. de religione*, vot. 7. num. 18. fol. 239. Quod Status sint, qui in suis territoriis merum mixtumque Imperium, & omnimodam Jurisdictionem habent, & sic ipsum Cæsarem in suis territoriis representent, ut & Melandri illam in Commentario ad *Ordinat. Camerales part. 1. tit. 6.* non adjicio, quod satis pateat, intelligendas non esse de Statibus Imperii propriè dictis, sed illis, quos generaliori usu vox ista complectitur.

XIX.

In tanto sententiarum divortio quid nobis videatur, quàm fieri poterit, paucissimis explicabimus. Status Imperii vel Reipublicæ, quæ Aristoteli 3. *Polit. 1.* dicuntur *Cives*, quinam sint, nullibi rectius, quàm in Politicis explicatur. Est verò is Aristoteli cui in illâ Civitate, cujus est Civis, potestas est fungendi magistratu vel deliberativo, vel Judiciali, vid. Herm. Conr. *Disput. de Imp. Germ. Civib. th. 5.* Unde promtum est, colligere, illos, qui jus judicandi de iis, quæ ad summam Reipubl. pertinent, circa leges ferendas, pacem, bellum, & fœdera pandenda, Magistratus summos & judicia constituendi habent, esse Status, Ordines vel Cives Imperii; his enim pro iisdem nunc utimur, i-

mō hos omnes & solos esse Status, & Cives, idque, ut loquitur idem
 Conringius, verorum Ordinum ac Statuum essentiam unicē constitu-
 ere. Malimus tamen Paurmeistero ac Carpzovio Status nomen ad
 Jus potius sessionis & voti dicendi in Comitibus referentibus, quā il-
 lis, qui ad factum etiam injustum, quō contra leges Imperii ac legiti-
 mæ Civitatis jura id aliquis usurpat, pertinere perhibent, assentiri.
 Sanē unicam esse & ex actissimā, unde Status æstimantur, notam, *ses-
 sionem & votum in Comitibus*, non Paurmeisterus, Carpzovius, Conringius,
 Speidelus solū nobiscum asserunt, sed & Arumæus *de Comitibus cap.
 4. in princ.* & ex illis, qui plura, vel aliud quid, si verba ipsorum spe-
 ctas, desiderare videntur, huc non difficulter interdum descendunt.
 Unde est, quod Limnæus *tom. 2. addit.* quia alioquin solam matriculam
 hujusmodi notæ loco esse vult, *pag. 122. veram*, ait, *& genuinam Sta-
 tus qualitatem esse jus sessionis & voti in Comitibus, non diffiteor*, & *pag.
 118. in princ.* eō solō argumentō contra Carpzovium, Sabaudum &
 Arnburgium esse Imperii Status propriē ita dictos probat, quia in Co-
 mitibus sessionem & votum tenent. Et Dn. Mylerus *de Principibus &
 Stat. Imp. cap. 11. num. 3. Energia*, ait, *adquirendi Jus Ordinum Im-
 perii consistit in participatione suffragiorum, ut cum Imperatore & cæ-
 teris Imperii Ordinibus de Imperii utilitate decernat*, quod idem nota-
 ri scribit in der *Waldeckischen Ehrenrettung part. 1. cap. 3. art. 3.* ac ita
 etiam consuluisse olim Dn. Plebst, celeberrimum Tubingenſium Pro-
 fessorem in causa Sarverdenſi, addit. Reinkingius quoque alicubi ita
 loquitur, ut non procul abfuisse ab hac sententiā videatur, vid. illum
d. cap. num. 25. 26. & seqq.

XX.

Non difficulter hinc colligitur, errare, qui reliqua requisita pro
 essentialibus & necessariis venditant; nam quod tale aliquod esse vo-
 lunt, *ut tempore necessitatis Imperio aliquid certi pensitent*, id verō fal-
 sum est; cū Domum Austriacam, Sabaudum, & plurimos alios Sta-
 tus à Collectis immunes esse, ex Goldasto Limnæus *iur. publ. l. 1. c. 7. n.
 97. & Mylerus cap. 11. de princip. & Statibus Imperii* moneant. Ad-
 de Reinking. *de Regim. Secul. & Eccles. l. 1. class. 4. c. 1. num. 42.* alii
 autem collectas, ut appellant, voluntarias solvant, nec tamen sint
 Status. Mylerus *d. l.* Et cū Status Imperii esse non qualitas sit pa-
 tri-

trimonii, sed personæ dignitas. Mylerus *d. l. Auth. Decis. Cameral.*
verb. Status Imperii. Reinking. *de R. S. & Eccles. lib. 1. class. 4. c. 1. n. 64.*
65. 46. & seqq. & distincta sint Status Imperii & territorii Jura, & sub-
 jectio immediata sine territorii jure subsistere possit. Andreas Knichen
in velit. Apolog. num. 13. 14. 110. & pluribus, adductus *d. l. à Dn. Rein-*
kingio, rectè etiam illud requisitum, *ut territorium immediate ab Im-*
perio possideat aliquis, pro perpetuo Status Imperii & in omni subjecto
 necessario requisito agnosci non potest. Illi verò, qui volunt, *ut Sta-*
tus pro Statu habeatur, & in circulum referatur, rem itidem non satis
 expedire videntur; res ipsa enim non ab opinione unius vel alterius
 pendet, & idem per idem describit, qui Statum esse dicit, qui pro Sta-
 tu habetur. Sed & hæc sententia Imperio ante divisionem illam in
 Circulos, quam superiori seculò demum natam scimus, nullos Status
 & Ordines relinquit. Qui verò postulant, ut immediati ratione per-
 sonæ sint Imperii Status, ii quidem, si de personâ intelligant, verum di-
 cunt; est verò facile collectu, fieri non posse, ut quis sessionem & vo-
 tum in Comitibus habeat, ubi de iis, quæ spectant ad summa Reipubl.
 jura deliberatur, qui Status alicujus subditus, vel, quod idem est, me-
 diatus sit, & necessarium aded consequens vel concomitans juris suf-
 fragii est ista, ut ita loquamur, immedietas, quemadmodum & multa
 alia jura, quæ jam tum jure suffragii & sessionis continentur, ut ex il-
 lis peculiare & diversum ac separatum requisitum conficere, nihil ne-
 cesse sit. Sed nec requirimus, ut planè necessarium, & essentiale ad
 Statum, ut is Matriculæ inscriptus sit. Verissimum est, quod meritò
 suò celeberrimus Dn. Conringius *Disp. de Imp. Germ. Civibus, lib. 9.*
 observat, esse Respublicas, in quibus nulla sit Statuum designatio, an er-
 gò & nulli Ordines? Quid? quod in nostra Germania abundè liquet,
 satis longò tempore album nullum fuisse, cum tamen nefas sit dubita-
 re, an eò tempore fuerint Imperii Status. Sed & de perfectissima ma-
 tricola, qualis esse dicitur illa anni 1521, emendandâ & perficiendâ a-
 gitur in Comitibus, wie dieselbige Matricul endlich ergänzet und richtig ge-
 macht werden soll. *Recess. Imp. anni 1576. §. Wann auch zu Franck-*
furth. Quæ verba innuere videntur, non omnes Status Imperii in eam
 relatos esse. Accedit, quod in Matriculam Status referantur, ac aded,
 qui ut tales inscribendi sunt, eos jam ante inscriptionem Status esse o-
 porteat.

XXI.

Atque his quidem legitimus est in matricula locus. Sed quid dicemus, an præter hos etiam alii? Hermannus Conring. *diff. de Imp. Germ. Civib. th. 10.* ex quo, ait, placuit, omnes Ordines in album referre, deberet utique nunc illud album certam nobis notam veri civis exhibere. Quoniam enim constitutum jam est, ut soli Ordines proximè solvant debitum suum arario, deberet utique & ista collectio significare veros Ordines. At infra probabitur, turbatis Imperii rebus factum esse, ut de quibusdam iurene inferi debeant, annon, item solverene sua debeant publico, necne, hodieque incertum sit. Et verò permultis licet historiis docere, haud paucos interdum errore quodam in publicum ararium sua contulisse, quibus neutiquam in Comitiiis publicis standi potestas fuit. Dn. Schütz de *Statu Rei Romanae* vol. 1. *Disp. 6. lit. e.* Ubi de requisitis Status agit, non sufficere vult, ut quis Status Imperii appellari possit, si doceat aliquis, se relatum in matriculam, sed necesse esse, contineri cum hac qualitate & lege, ut sessionem & votum in Comitiiis habeat, daß er Stimm und Stand in Reichs Versamblungen habe / R. A. de anno 1548. §. Wann auch ein Außgezogener. Ad eundem ferè modum Becker in *Sinops. Juris publ. lib. 3. cap. 2. num. 5.* eos, qui tanquam immediati matriculæ inscripti sunt, si tamen ad Comitia & suffragii jus non vocentur, Status Imperii non haberi, observat. Unde facilè de illorum mente constat, referri nempe in matriculam tum Status Imperii, tum alios, qui Status non sunt, jure tamen, an injuria id fiat, non determinant. Limnæus *tom. 2. addit. ad Jus publ. l. 1. c. 7. n. 91.* ad distinctionem matriculæ in illam, quæ Statuum nomina, & quæ collectarum mentionem habet, seu sacram anchoram confugit; de priori ita sentire videtur, eam jure quidem non aliorum, quàm Statuum nomina complecti; at posteriorem, cum potissimum indicis loco sit, quantum ab unoquoque Imperio conferendum sit, ex illis autem bonis pleraque à Statibus, nonnulla tamen etiam ab aliis, qui Status non erant, possiderentur, factum esse, ut in illam horum etiam nomina, als Inhaber dieses oder jenes Gutes / so in den Reichs-Anschlägen begriffen / relata fuerint, non tamen ut per hanc relationē jura Statuū consequerentur. Sed quando distinctionē illam hætenus idoneè non probavit Limnæus, & in illa etiam matricula anni 1521. Sta-

tus etiam illi, qui Imperio nihil contribuunt, relati sunt, indicio haud obscuro, vanam esse Linnæi istam matricularum differentiam, non erit illa legitima controversiam istam expediendi ratio.

XXII.

Nobis ita videtur, ut accuratè res ista expendatur, distinguendas hæc esse quæstiones: primam, an in matriculis, quæ hodiè extant, reperiantur etiam alii præter Status? ab altera, an jure eò referantur etiam alii, qui Status non sunt? quod jam vidit quoque, ut ex verbis ejus paulò antè relatis colligere est, Conringius. Si matriculas Imperii singulas, etiam illam anni 1521. excutiamus, non Status solos, aut immediatos, sed etiam alios mediatos ibi aliquis reperiet. In exemplari matriculæ hujus manuscripto antiquo, quod est in Bibliotheca Amplissimi Dn. Præsidis, legitur inter Principes seculares, Herr Heinrich von Braunschweig der Ältere/und Herr Erich mit ihren Städten/ Braunschweig/ Harborch/ Gröningen/ Nordheimb/ è quibus tres posteriores haud dubiè civitates mediatæ sunt, mox sequitur: Herzog von Braunschweig zu Grubenhagen/ mit der Stadt Einbeck/ Pommern und Stettin; cum tamen nec Sedinum, nec Embeck, Civitates Imperiales sint. Dn. Reinking. in propositione, nomine Reverendissimi & Serenissimi Archi Episcopi Bremensis, facta Senatui Bremensi, quæ extat in Assertionem Juris Archi Episcopaliū, conjunctione illā, quando Statui Imperii alicui adjunguntur civitates hujusmodi, argumento esse vult, Civitates tales esse mediatas. Sic/ Dn. Archiepiscopus ait, achteren ohne noch seyn/ iezo bey dieser Gelegenheit weitläufftig zu deduciren, daß Ihre Stadt Bremen kein ohnmittelbarer Standt des Reichs/ noch dero gestalt in des Heiligen Reichs Anschlägen und Matricul/ gleich andern freyen ohnmittelbaren Reichs-Städten mit einer gewissen quota bestehend/ sondern als ein Erbst. freye Stadt/ zu des Erbstiftes quota gesetzt/ und mit demselben ein quantum constituirten, welches dann nicht allein von der Stadt Bremen/ sondern auch von andern ohngezweifelten Stiffts und Erblandes-Städten in der Reichs-Matricul zubesunden. Also wäre der Bischoff zu Hildesheimb mit der Stadt Hildesheimb/ der Herzog zu Braunschweig/ Grubenhagen/ mit der Stadt Einbeck in einem quanto conjungiret: Was aber ohnmittelbare Reichs-Stände weren/ würden mit keinen andern Ständen in quota conjungiret/ sondern

bern hätten alle ihre eigene absonderliche quotas in der Reichs Matricul/ gestalt dann auch die geringe Stadt Behrden/ weil sie von alters / che Sie von dem Herrn Bischoffen eximiret, immediatē dem Reich untermorff- sen gewesen/ ihre absonderliche quotam gehabt / und damit noch in der Reichs Matricul zubefinden. Quod si quis ergo saltem illos Status esse velit, qui ibi exprimuntur, seorsim assignatā cuique portione, quā Imperio eveniente casu necessitatis succurrat, ne is quidem ac rem at- tigerit. Scimus enim in Comitibus Augustanis anni 1548. exhibitam Cæsari ab Ordinibus designationem centum & unius Imperii membro- rum, quæ albo Imperii inmerito inserta ac eximenda idēd pro se qui- que existimârunt. Qui catalogus, ut multos Imperii Status comple- ctatur, qui inmerito inter mediatos referantur; certum tamen est, eō etiam contineri, quos mediatos esse deinceps in iudicio contradi- ctorio pronunciatum est, vide sententiam contra Fiscalem ratione ex- emptionis des Abts zu Rittershausen anno 1567. pro Ducibus Wol- ferbytanis, quæ extat Actorum Brunsvicensium *part. 2. pag. 1078.* & ipsum Catalogum exemptorum, adde R. N. de anno 1548. §. Die- weil auch etliche Stände. Sed & notum est, de emendanda matricu- la, in Comitibus Imperii haud raro actum esse, argumentō non obicuro eō relatos, qui non debebant, vel omisso, qui minimē debebant, vel in utroque peccatum. Ut id quidem dubiū vacet, in matriculam præter Status Imperii alios quoque relatos esse. Altera quæstio, an jure eō re- ferri potuerint, aut debuerint, ex intentione Imperatoris, & ipsorum Imperii Ordinum decidenda videtur. Si enim solum album Statuum omnium, sive contribuentium, aut non contribuentium, aut Ordinum quidē solum, sed contribuentium esse voluerunt matriculā, inmerito alii huc relati sunt; at si omnes, quocunque modō aliquid contri- buentes Imperio, promiscuē sive ordines sint, sive non, huc relatos vo- luerint, jure & illis hūc locus erit. Non videtur autem postremum id curæ fuisse Imperii Ordinibus: Ita enim & immediati nobiles, qui haud raro & ferē semper aliquid ad Imperii usus requisiti ab Impera- rere solvunt, & Civitates Hanseaticæ, quæ idem fecisse leguntur, ibi le- gerentur; sed ut Ordines, & quantum quisque contribueret in isto Albo, describerentur. Unde etiam est, quod illa anni 1521. inscri- batur *Matricula und Anschlag der Stände des Heiligen Römischen Reichs/*

Reichs/ ac adeo videtur illa fuisse intentio Procerum Imperii, ut legantur in eam relati etiam illi Status, quibus nullum onus adscribitur, qualis est ibi sub titulo *Weliche Fürsten/Geldern/* & sub titulo, *Prälaten/Abt zu Herren/Abt zu Pstraum/Abt zu Drseperg/* & plures alii. Vir eruditus in Consilio, quod extat *part. 2. Braunschweigischer Historischer Handel pag. 1103. Matricula,* scribit, *Imperii non propter ullos aut Principum, aut Statuum subditos, sed ob Imperii salutem propter solos Status, & eo potissimum sine composita est, ut sciatur, quæ cujusque Status taxa sit.*

XXIII.

Præter Statuum nomina in matriculâ descriptum etiam legitur, quid quisque eorum, qui quidem à collectis immunes privilegio, aut alio legitimo titulo non sunt, si necessitas, vel usus Reipubl. id postulet, Imperio contribuat. Casus vero istos omnes, quibus affertur talis contribuendi necessitas, ut non facile etiam prudentissimus aliquis præviderit, ita enumerare, non min⁹ difficile est. Docet tamen Historia Germanica, & Imperii Recessus, superioribus seculis collatam pecuniam ad bellum Hussiticum, quod jam ante observavimus, ad demolienda castra proscriptorum, *R. A. Zu Erfordt. de Anno 1567. auffgerichtet / S. Wann wir nun in unser Kayserslichen proposition, ad extruenda & munienda fortalitia, R. A. Zu Speyer de Anno 1570. S. Erstlich. ibi: damit obermeldte Unserer Hungarischen und Zipsischen Landen/Ort/Paß/und Flecken/Unsern Gutsachten nach zum besten zuerbauen und zubefestigen/* quemadmodum etiam, quod & nostrâ ætate adhuc factum meminimus, ad bellum à Turcis illatum à finibus Imperii avertendum, *v. R. A. Zu Regensburg de Anno 1594. S. Wie wol nun Churfürsten/Fürsten / sed & contra hostes Imperii alios, & olim ad sustentationem Regimenti, R. A. Zu Augspurg Anno 1500. tit. Wieman die Personen des Regiments anfänglich ihres Lohns vergnügen soll/quin etiam ad Cameræ Imperialis deinceps, ad quam adhuc nostrâ ætate aliquid conferunt, vid. R. A. Zu Augspurg Anni 1548. S. und wie wol / 30. & duobus seqq. & Recess. Imp. ultimo anni 1654. S. und zwar. 2c. 9. quemadmodum & partem publicæ hujus pecuniæ ad Judicii Aulici Imperialis sustentationē converti, apparet ex capit. Leopoldi art 41. Pertinet huc quoque expeditio Romana, (der Königszug) imò quod hæc causa olim fere esset perpetua, & singulorū Imperatorū tem-*

tempore rediret, cū reliquarum insignis esset varietas, nec eadem redirent sapius, factum inde esse conjectamur, ut in plerisque matriculis onera illa ad normam *der Römerrug* redacta sint. Quod ut rectius intelligatur, quid sit propriè expeditio Romana, hīc nobis explicandum est, inde enim quales sint indictiones illæ, Germanis, *Anschläge* dictæ, quæ partem matriculæ insignem faciunt, haud dubiè satis luculenter apparebit.

XXIV.

Est verò Expeditio Romana, ut maximam partem ex jure Feudali describit Magnif. Dn. *Nelhasen von Schölnbach* / in templo pacis, orat. 4. pag. 175. Comitatus Regi Romano pro capeſſendâ Coronâ Imperiali Romam proficſcenti, à Principibus & Proceribus Imperii, majori aut minori numero & apparatu, pro ditionum, & Feudorū suorum qualitate, vel in personâ propriâ, vel in aliis Domino acceptabilib9 hominib9, vel solutâ dimidiâ, aut aliâ parte redituum, & fructuū illius anni præſtandus. Adde Marqv. Freherum in mantiffâ Commentarii de expeditione Romana. Jus Feudale Suevicum art. 8. rem eandem ita exprimit: Wann die Teuſchen einen König tieſen / und Er dann gen Rom zeucht zu der Wehung/ſo ſeind pſſichtig 6. Churfürſten mit Ihm zu tiehern/ die die Erſten in des Reichs Rōre ſeynd. Der Biſchoff von Mentz/ und der von Trier/und der von Eßln. Und der PfalzGraff von dem Rhein/der Herzog von Sachſen/und der Marggraff von Brandenburg/ durch das/ daß dem Pabſt wiſſentlich wird/ des Königs rechte Rōre. Auch ſoll damit tiehen ein jeglicher Mann / mit ſeinem Herrn / der des Reichs Leben Gut von Ihm zu leben hat/ oder ſoll die Jarth löſen/ mit dem zehenden Pfund des Zinſes / den Er jährlichen von Ihm hat. Imò jam tunc jure Feudali communi eâ de re disponitur, 2. F. 54. & 55. tam in Italia, quàm in Alemaniâ (in MSS. Mericutii est Alamania, quomodo illius temporis alii ſcriptores etiam appellant) ut quicunque indictâ publicâ expeditione Romam ad ſuſcipiendam Imperii coronam Regem, aut ſub Rege Dominum ſuum non adiuvet, aut eundo cum ipſo, aut pro quantitate Feudi ſtipendia militiæ perſolvendo, ſi de vocatione legitimâ à Domino ſuo convinci per compares ſuos (MSStum Mericutii, quemadmodum & primæ antiquiſſimæ editiones, pro compares rectius legunt pares) poterit, feudum perdat, & Dominus in ſuos uſus illud habeat

at redigendi liberam facultatem. Quinimo si vera est Charta Caroli III. Imp. de Exped. Romanâ jam anni 881. constitutio eô de negotiô edita extat; sed de istâ quidem constitutione disceptant adhuc eruditi. Marcus Velferus, qui eam in codice manuscripto bene veteri primus invenit, non dubitavit, genuinam agnoscere, ac in eandem sententiam Rittershusium perduxit, qui primus illam Tubingæ, annô 1598. edidit, quemadmodum & deinceps Marquardû Freherum, cujus elegans extat commentarius in istud diploma, consentit Lehmann in der *Speyerischen Chronick* 1 lib. 2. c. 42. nec diversum visum Dn. Struvio in *Synagm. jur. feud. cap. 11. 1b. 5. num. 3.* At aliud placet celeberrimo Conringio notis *MSSis in Lampad. cap. 2. §. 28.* Ubi Caroli Crassi ætate ne quidem cognitam fuisse expeditionem illam Romanam autumat, cujus initia refert ad Ottonis Magni tempora. Illud dubiô vacat, esse in constitutione illa tum verba quædam, quæ suspectam illam reddere possint, tum etiam annorum, qui adscripti sunt, numeros non congruere ætati Caroli Crassi, quod, an errore descriptoris rectè excuset Freherus, alii viderint. Certius expeditionis hujus indicium est apud Ottonem Frisingensem, lib. 2. cap. 12. Ubi de Friderico I. ait: *inde castrâ movens in campo Roncaliæ super Padum, non longè à Placentiâ mense Novembri resedit. Est autem consuetudinis Regum Francorum, quæ & Teutonicorum, ut quotiescunque ad sumendam Romani imperii coronam, militem ad transalpizandum coegerint, in prædicto campo mansionem faciant. Ibi lignô in altum porrectô scutum suspenditur, universorumque equitum agmen, feuda habentium, ad excubias, proximâ nocte Principi faciendas, per curiæ præconem exposcitur: quod lætantes, qui in ejus comitatu fuerunt, singuli singulos beneficiatos suos per præcones exposcunt. At sequenti die quicumque nocturnis vigiliis defuisse deprehensus fuerat, denuò ad præsentiam Regis, aliorumque Principum, vel Virorum illustrium evocatur, sicque omnes omnium beneficiati, qui sine bonâ voluntate Dominorum suorum domi remanserunt, in feudis condemnantur. Hunc morem Principe secuto, non solum Laicorum feuda, sed & quorundam Episcoporum, id est, Hartvici Bremensis, & Ulrici Halberstatensis Regalia personis tantum, quia nec personis, sed Ecclesiis perpetualiter à Principibus tradita sunt, adjudicata suère. Ostendit locus ille, non tunc primum natum illum*

illum morem, sed consuetudinis etiam Regum Francorum fuisse, evidenti indicio, prævertere illum ætatem Ottonis Magni, adde Lehmannum in *Chronico Spirensi*, locò antea adductò.

XXV.

Non parvò comitatu, & integrò exercitu eò ivisse Imperatorem, ex iis, quæ scripsimus, constat, idque ad usque Caroli V. tempora obtinuit, qui postremus expeditionem Romanam suscepit. Antecum reliqui, si Rudolphum I. Albertum, Maximilianum I. ab hostibus occupatis itineribus prohibitum excipias, Romam profecti sunt, A sequentibus Imperatoribus deinde omissa, post alios Carpozov. ad leg. *Regiam* cap. 8. num. 8. estque hodiè aded illius expeditionis ferè nullus usus. At de consuetudine Imperii Romano-Germanici, der Römertzug / verba sunt Wehneri in *observat. pract.* appellatur, eine grosse tapffere Hülff an teutschen Kriegs-Volck zu Ross und Fuß R. A. Zu Wormbs anno 1521. S. Auch haben Uns: und auff 20000. zu Ross und 4000. zu Fuß / auff 6. Monath angeschlagen / und einen jeden Stand des Reichs nach Gelegenheit seiner Güter mit Anzahl / wieviel Er zu Ross und Fuß daran schicken / oder von jedemu Ross 12. gl. (sehen Gütlden, d. l. Reichs Abschied) und zu Fuß 4. gl. an Geld erlegen und bezahlen muß / auffgelegt. Hæc ille. Observavimus tamen ante secula duo & circiter, non eò usque excrevisse numerum, quinimo nec semper fuisse eundem, exiguò etiam aliquot annorum intervallò. In antiquissimâ anni 1431. colliguntur 8417. Glesen / vid. *acta Brunsvic. part. 2. p. 1023.* Sed quid istud vocabuli, die Glesens? mirum, nullum eorù, qui Germanica vocabula colligunt, & explicant, rei, ante duo secula toti Germaniæ cognitissimæ, notitiam habere amplius: nec enim Wehnerus, vel Befoldus, aut his recentiores, Speidelius, & Dietherrus, aut supplementi ad Wehnerum Autor, vocis ejus meminit, nec in Birschii quidem, celeberrimi Antecessoris Argentoratensis additionibus, quæ apud Doctissimum Virum Gabrielem Frölichium MSSæ sunt, quicquam, quod ad ejus explicationem faciat, legitur. Unus Goldastus de *Regno Bohemiæ lib. 2. cap. 17.* sunt Glesens ait, quas Latini Lanceas vocant, in Ordine militaris exercitus, singula membra ex quatuor & quinque equitibus armatis constantia, & hoc locò 500. Lanceæ (loquitur de Silesiacis, 500. Glesen ad expeditionem

nem hanc conferentibus) facere videntur summam duo millia equitum; sicut enim Cranzius lib. xi. Wandalia cap. 6. de incurſu Bohemorum in Miſniam ſcribit: quatuor lancearum millia eduxiſe ſerebantur, id eſt, 16000. quia ter quatuor conſciunt 16. ut obſervavit Theobaldus de bello Huſſitico part. 3. cap. 17. anno 1467. fol. 102. Signanter Johann. Herbartus lib. 16. hiſtor. Polon. cap. 9. de Cazimiro Rege: Perſecit apud majores Polonos in centenarum marcas annui cenſus ſingulos haſtatos equites mitterent. Haſtatos autem unius nomine apud Polonos tres equites continentur, nempe haſtatus unus gravioris armatura cum duobus balifariis, civitatibus verò pedites imperat. Hæc Goldaſtus: quæ, pace Viri hujus dixerimus, rem non explicant; non oſtendit, Glefeti idem eſſe, quod lanceam, ſed ſupponit: & ut Poloni haſtatus unus tres equites ſignificet; unde probat Germanis lanceam ſignificare quatuor equites, & id tamen credi Goldaſto ſine probatione nequit. Jam quantum equitum numerum in illo exercitu habuerit Sigismundus, ſi præter quindecim equitum millia, quæ Piſo Florentinus in eam expeditionem ex Hungaria duxiſſe dicitur, propè triginta quatuor equitum millia ex Germaniâ acceperit, & quò factò factum, ut nullos pedites Germania ſuppeditarit, jam tum idoneo equitatu ex Hungariis collecto. Satis iſta, non rectè cœpiſſe vocis hujus indolem Goldaſtum, oſtendunt. Nos non audemus quidem promittere aliis exactam vocis hujus explicationem, & planè evidentem, putamus tamen, Glefeti idem eſſe, quod militem, imprimis pedestrem, ac totidem milites miſiſſe Germaniam, quibus acceſſerint deinceps collectæ in Moravia copiarum aliarum, & ex Hungaria equitatus, quod Author Paralipomenon ad Abbatem Urſpergenſem, in vita Sigismundi pag. 77. commemorat. Quod & eò argumentò nobis probabile fit, quod cum deinceps ſemper creverit numerus, in anni 1471. matricula ille decem millia hominum ſolummodò contineat.

XXVI.

Sed è diverticulo revertamur in viam. Quod diximus, indictiones non ſemper redactas ad numerum quatuor mille equitum & 20000 peditum, id evidenter probat, ſepoſitâ etiam illâ Sigismundi, matricula, quæ Friderici III. ætate conſecta eſt, anno 1481, quæ colligit summam quinquies mille equitum & triginta unius, peditum
verò

verò tredecim millium, ducentorum & octo: extat Braunschweig-
 scher Historischer Handel *part. 2. pag. 915.* Inscriptio quidem habet:
 Ein Anschlag der 20000. Mann / so zu Ross und zu Fuß/in Krafft des
 Abschieds Martini nechst begrieffen/auß Teurscher Nation wider die Tür-
 cken sollen geschickt werden/Anno. 81. Sed deesse Bohemia, Moravia,
 Silesia, Lusatia, & vicinorum nonnullorum subsidia, in fine mone-
 tur, quorum accessione demum iste numerus conficiatur. Et in
 matriculae anni 1471. fronte legitur: Anschlag der zehen tausend
 Mann zu Regenspurg auff dem Kaiserlichen Tage Georgii vorgenom-
 men. Ut ita numerus ille tempore Sigismundi ex conjectura valde
 probabili, fuerit, 8417. tempore Friderici anno 1471. 10000. qui ur-
 gente periculo belli Turcici anno 1481. ad alterum tantum excreve-
 rit, mox anno 1521. ad auctus ad numerum usque 24000. fuerit. Quan-
 vis autem cessaverit ætate nostra Expeditio Romana illa proprie ita di-
 cta; summa tamen illa militum huic expeditioni adscripta, & cuique
 ex Statibus assignata, existente quovis necessitatis casu, hodieque præ-
 standi. Carpz. *d. l. n. 9.* & nomen quidem retinetur, sed res ad alium
 usum transfertur; quamvis non semper peditum equitumque ille nu-
 merus conferatur; sed si utilius Imperatori aut Statibus pecunia vel
 milite juvare visum fuerit, ut factum in Comitibus Spirensibus anni 1544.
 quisque eam, quæ ad descriptum numerum alendum sufficit, præstare
 obstrictus est. dict. Recess. Imp. anni 1544. §. Und damit nun sol-
 che &c. Sumptus autem illi, quando ad bellum à Turcis aut illatum
 propulsandum, aut alios imperii necessarios usus conferuntur, ferè
 semper ad quantitatem expeditionis Romanæ computantur; inter-
 dum tamen duplicati, quandoque etiam saltem ex parte dimidia sol-
 vuntur, vid. R. A. Zu Regenspurg/ de anno 1594. §. Wiewol nun
 Churfürsten &c. ibi: eine Hülffleistung auff den einfachen Römertzug.
 de anno 1598. §. Soist doch von Ihnen/ &c. R. A. Zu Regenspurg/
 de anno 1541. §. Und wiewol Churfürsten / Aliquando etiam ad tri-
 plum usque extenditur, quod factum postremò bellò Turcico, vid.
 Reichs-Gutachten über die benöthigte Türcken-Hülffe nach dreysachen
 Anschlag/wie solches zur Dictatur gekommen zu Regenspurg den 8. 18.
 Januarii, Anno 1664. quod legitur parte undecima Diarii Europæi
 pag. 36.

XXVII.

Non tamen semper contribuitur in Imperio nostro secundum summam, quam Statuum quisque contribuebat ad Expeditionem Romanam: imò secus, ac plerique existimant, nec Matriculæ omnes conceptæ sunt nach dem Römerrug/ sed quandoque respectu aliorum Statuum plus aliquis confert aliò ad expeditionem Romanam, & quæ ad illam normam exiguntur bella, contra Imperii hostes, & alia, quàm ad Cameræ sustentationem. Jurispublici Scriptores duorum colligendi modorum ferè mentionem faciunt, ejus qui fit per æs & libram, in quo subditi pro modò omnium facultatum & bonorum extra territorium sitorum, sed & ipsi Electores, Principes, Civitates de omnibus bonis & redditibus collectas solvunt, nullâ exemptionis ratione habitâ, idque æqualiter, vid Klock. *de contribut. cap. 17. num. 160.* Eundem de ærario *lib. 2. cap. 53. num. 14.* & hujus, de quò, diximus, secundum Expeditionem Romanam, nach dem Römerrug. Nec quisquam est eorum, qui literis aliquid de jure publico prodiderit, quem plurium modorum mentionem fecisse sciamus. Collatis tamen matriculis MSSis anni 1521. ac anni 1567. ac nuper Ratisbonæ anno 1663. editâ, cum Cameræ Matriculis MSSis, unâ antiquâ, ac superioriori seculo conscriptâ, alterâ, qualem illam in Comitibus Ratisbonensibus anni 1654. exhibuit Cameræ Fiscalis, modum contribuendi ad sustentationem Cameræ, diversum esse ab utròque hòc modò colligendi, qui dicuntur nach dem gemeinen Pfennig / und nach dem Römerrug / liquidò apparuit. Secundum enim matriculam anni 1521. Electores Moguntinus, Trevirensis, Colonienfis, Palatinus, Saxo, Brandenburgicus, singuli sexaginta equites, pedites verò ducentos septuaginta septem ad expeditionem Romanam conferunt, quod ita etiam, nisi quod Trevirensi saltem 40. equites, pedites 184. ibi adscribantur, habetur in illa anni 1567. Et in recentissimâ Ratisbonensi, Moguntino, Colonienfi, Brandenburgico eadem adhuc summæ adscribuntur, quæ olim illis assignabantur, anno 1521. Trevirensis convenit cum eâ, quæ fuit anno 1567. Saxoni equites sexaginta quinque, pedites trecenti & unus tribuuntur. Palatino dimidium antiquæ summæ computatur. At in Camerali illâ, quam exhibuit Fiscalis anno 1654. hodiè, quan-

quando solvit ad Camerae sustentationem Moguntinus, 600. Colonien-
 sis quingentos quinquaginta, Trevirensis sexcentos, quadraginta du-
 os, Palatinus cum exemptis sexcentos sexaginta, ubi tamen additur,
 der Abgang ratione der Oberpfalz steht zum Vergleich; Saxo cum ex-
 emptis mille quadraginta octo, Brandenburgensis quingentos quin-
 quaginta Imperiales conferunt. Eadem differentia ratione aliorum
 Statuum ex hac & antiquiori Camerae matricula nullò negotiò, nisi
 temporis habenda esset ratio, ostendi posset. Undeliquidò apparet, a-
 liam illos sequi hanc in parte contribuendi rationem, quam quæ redac-
 ta sit ad modum Expeditionis Romanæ. Atque hujus contributionis
 videtur, ut ad specialem normam redacta, als eines besondern Anschlags/
 meminisse ipse Imperator Carolus V. R. X. Zu Augspurg/ ibi: Ver-
 mög eines Anschlags / solvit uns mit Ihren Lübben und Ihnen verglichen.
 Et hic est ille modus contribuendi, qui vocatur in postremo Recessu
 Imperii anni 1654. §. und zwar/ so viel der alte modus nach besage der Cam-
 mer-Matricul. Ut addendus posthæc ad minimum sit Jurispublici Scri-
 ptoribus ad priores duos modos, den gemeinen Pfennig / und Römer-
 zug/tertius peculiaris & ab utroque diversus. Meminit hujus jam tum
 Legatus Salzburgensis in eruditissimo voto, quod 24. Julii in Comitibus
 anni 1641. de modo contributionis tulit; ubi trium modorum colle-
 ctandi in Imperio mentionem facit; I. Des Römer-Anschlags/II. des
 gemeinen Pfennings. III. Gürtiger Tractaten mit den Ständen.

XXVIII.

Matriculæ requisita tria esse vult Zacharias Viator, *de causis
 exempt. Imp. concl. §. I.* Ut sit scriptura publica & authentica, & ad-
 ducit *Specul. tit. de Instrum. edit. §. restat*, ac Tilemannum *de Beni-
 gnis. decad. 4. vol. 1. num. 21.* II. Ut ordinum aut superiorum autho-
 ritate sit confecta, & III. Ut ex archivo publico depromatur, velut in
 Imperio ex Cancellaria Moguntina, sicuti hujus præjudicia & testimo-
 nia in causis exemptionum adducit Rüland. *De Commissariis lib. 5. part.
 2. cap. 4. num. 11. §. 12.* Eadem ex isto desumpta tradit Daniel Otto,
de jure publ. cap. 17. pag. 540. & repetit Sprenger in *Jurisprud. publica
 tit. de membr. Imp. pag. 185.* Referens apud Gylmannum, *lib. 2. decis.
 40. num. 66. §. seqq.* etiam plura requirere videtur: I. Ut sit authentica
 & publica autoritate confecta, II. Ut sit solenniter scripta; nam
 addit;

addit: propter vilem & immundam chartam scripturam esse suspectam. Porro postulat subscriptiones & sigilla Statuū, præsertim eorum, de quorū præjudicio agitur. Tum plenam causæ cognitionē, ac ut Matricula, vel alius liber correspondens contineat accepta ac data, quod aliquando ut Status solverint, idque Baldum requirere vult in *l. rationes* 6. C. de probat. Mox tamen ipse ambigere de omnibus his conjunctis videtur; subjungit enim, *si nihil horum contineat, non puto probare, nisi statutum & sancitum reperiatur in Recensibus Comitiorum Imperii, quod nuda matricula sit credendum, quod non puto unquam statutum, imò contrariū, vel quod talis sit consuetudo, quod matricula Imperii probeat, ea tamen consuetudo probari deberet, quando tales libri sumunt robur à consuetudine per ea, quæ allegat Bertachinus tract. de gabell. num. 3. & deinceps his, ait, licet sint juris, non velim ita pertinaciter inherere & obstinatè.* Gail. lib. 1. observ. 21. num. II. de requisitis matriculæ se disputare nolle, ait, sed ad Canonistas Lectorē remittit. Speculator in tit. de Instrum. editione S. restat videre. num. 32. vult adhiberi Notarium & testes.

XXIX.

Atque primò illud satis constat, matriculam esse debere publicam & authenticam; differunt enim matricula ipsa, & exemplum matriculæ, & effectus quoque matriculæ ipsam sequuntur, non ejus exemplum. Pauli in leg. 2. ff. de fid. Instrumentor. ista verba sunt: *Quicumque à Fisco convenitur, non ex Indice & exemplo alicujus scripturæ, sed ex authentico conveniendus est.* Et Pontifex Gregorius in cap. 1. X. cod. si scripturam, inquit, *authenticam non videmus, ad exemplaria nihil facere possumus*: Publicum verò & authenticum dicitur Instrumentum, licet à privatis quidem hominibus conscriptum sit, modò tamen à personâ publicâ subscriptio, vel sigillum publicum accesserit, c. 2. X. de fid. Instrum. nec enim necessum est semper, ut publica persona subscribat, sed ejusdem efficaciz est sigilli appositio, modò constet, illud voluntate ejus appositum esse, cujus est sigillum; alioquin enim, si consensu non accommodaverit, uti loquitur *l. 2. C. de reb. alien. non alienand. licet sigillo aliquis Instrumentum fraudè acquisitū signaverit, hujusmodi commentum nullam producenti securitatem præstare potest, vid. Glos. ibid. & Carpz. 3. Resp. 79. num. 17. & seqq.* Si ramen dubitetur, sigillum consensu ejus, ad quem pertinet, appositum videtur, quod sigillum

gillum suum nemo temerè negligentè habere videatur. Carpz. *diff. Resp. num. 15. & 16.* Est & tertius modus, quò à privatis conscripta Instrumenta publica sunt, si actis insinuentur, ac inde ex archivo publico producantur; charta enim, quæ profertur ex archivo publico, testimonium publicum habet, ut est *in auth. ad hac. C. de fid. Instrum. & in l. ult. C. de re judicata.* Gesta quæ sunt translata in publica monumenta, habere volunt perpetuam firmitatem Imperatores; neque enim morte cognitoris perire debet publica fides. Quamvis autem verissimum sit, Matriculam Imperii esse debere publicam & authenticam; cum tamen, quod ab Imperatore & Ordinibus Imperii fieri jubetur, & approbatur, quod Authores adducti secundò requirunt, non possit non esse publicum, idem bis dicere videntur, cum accuratè loquendo contenti esse possent tradidisse & explicasse secundum hoc requisitum, de quo pluribus jam egit *thes. dissert. hujus 13.* Illud autem, quod tertio requirunt, ut deprimatur ex archivo publico, cuique probando adducunt *cap. ad audientiam 13. X. de prescriptionibus*, ubi Pontifici Innocentio III. libri Censuales suspecti sunt, qui non in Camera Pontificiæ recepti fuerunt, non videtur admittendum. Sanè ipse Rutgerus Rulandus, quem in eam sententiam Victor & Otto adducunt *lib. 5. de Commis. cap. 8. num. 12.* Hoc requisitum, ait, cum micā salis est accipiendum, ut locum habeat, quoties de se & suā naturā exemplum non probat, secus in casibus, ubi exemplum fidem facit. Nec videmus, quomodo post mandatum & approbationem Ordinum derogari auctoritas matriculæ possit, etiamsi in archivum publicum relata non sit, aut quomodo illius auctoritas cesset, si pereunte, quod fieri potest, archivo ipsa inviolata super sit, cum illationi in archivum illa tribuant solùm Justinianæ leges, quæ aliis publicis Instrumentis, eò quod publica sunt, comperunt. Interim si dubitetur de matricula, an sit ista, quæ Imperatoris & Ordinum consensu conscripta sit, multum ad probationem interest, ex archivo ea depromta sit, annon, adde quæ de jure archivi docet Magnus Dn. Mylerus *de Princip. & Statib. Imp. cap. 47.* & Senatus Consultum Cameræ de die 7. Octobris anni 1550. quod commemorat Klockius *de contribut. cap. 19. n. 37.*

XXX.

Excutiamus paucis quoq; Gylmanni illa. Vultille etiam, ut so-

lenniter sit scripta; quâ loquendi ratione si id vult, ut consensu & voluntate Imperatoris & Ordinum scripta sit, rectè id requirit, & egimus jam antè eâ de re; sin id vult, ut non vili & immundâ chartâ scripta sit matricula, non existimamus quidem, si alioquin constet, matriculam esse genuinam, interesse, an vilis, an pretiosa charta sit, cui inscripta sit; nec tamen credendi sunt Cancellarii, aut Vice Cancellarii Imperii offerre Imperatori & Ordinibus viles & immundas illas, de quibus ipse loquitur, chartas. Quas amplius requirit *subscriptiones & subsignationes Statuum*, conjunctim necessarias non esse monuimus, cùm subscriptiones & subsignationes, imò etiam illatio in archivum sola sufficiat, nec causam video, cur non omnium nomine aliqui subscribere, aut subsignare possint. *Cause* autem, quod præter eâ vult, *cognitio*, & quidem accurata, optanda & desideranda seriò est, & postulat eam tantæ rei dignitas, postulabit aliquando etiam, si differatur ulterius, publicæ salutis necessitas. Postremum, *ut matricula, vel alius liber contineat accepta & data*, necessarium non est; omnes enim vident, ante aliquem Statum esse debere, quàm ut aliquid ut Status det, quod autem *salvâ* essentia Status aliquando abesse potest, non est ejus requisitum essentiale. Interim matricula inferri solet in archivum, ac committi custodiæ Electoris Moguntini. Unde & ab eodem ejusdem editio peti consuevit per compulsoriales, ut vocant, quibus schedulæ adjunguntur, & ad eas responsum rogatur, quod & concedit Elector, quemadmodum id factum in causa Fiscalis contra *Bayrn und Dyrnberg* / meminit *Ruland de commissariis part. 2. lib. 5. cap. 4. num. 11. & 12. & Klock. de contribut. cap. 19. num. 37.* adde *Recess. Imperii Augustanum anni 1548. §. Nachdem auch etlicher anderer. Limn. lib. 1. juris publ. cap. 7. num. 85. Meichsnerum decis. Cameral. tom. 3. decis. 6. num. 18. Rein- king. de Regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 4. c. 1. num. 12. Becker in Synopsi Juris publ. lib. 3. cap. 2. Dn Nicolaum Mylerum ab Ehrnbach de Stat. Imp. cap. 10. num. 4. Arum. de Comitibus cap. 8. num. 67. Speculatoris illam traditionem de Notariis & testibus, si de Imperii matricula etiam, quæ de matricula simpliciter tradit, intellecta velit, satis recensuisse solum jam est confutasse, annon enim Imperatori & Statibus Imperii, aut Electori Moguntino, Cancellario Imperii, tantum credi potest, quantum testibus privatis?*